

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

L

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

Iecur deuoratum.

multa simulacra confregisset: sub Iuliano, uentre dissecto, iecur eius quosdam deuorasse tradunt.

κυρῖν(Θ.) Quirinus sophista, dicebatur γλωσσαπαμειεία. lingua erarij, quam habebat ab Imperatore.

κυρῖας.) Propriè, idem ualet quod necessariò, & omnino.

CYRISICES, cognomentum est S. Eustratij.

κυρκαῖαν.) Istud mihi uidetur pestem quandam propemodū esse cōmoturū.

κῦρ(Θ.) Sophocles: Multorū ista dies malorum autor erit.

Theodosius.

CYRVS Panopolites pœta, sub Theodosio iuniore præfectus prætorij, & urbium prætor est designatus, factus patricius & consularis. Nam Eudocia imperatrix cum esset uersuū amans, supra modum admirata fuit Cyrum. Quæ cum relicto palatio Hierosolymis in Oriente uersaretur: Cyrus insidijs appetitus, & inspector sacrorum factus in Cotyai Phrygiæ, usque ad Leonem imperatorē ætate processit.

Cambyse.

Perfidæ.

Mandane.

Astyages.

CYRVS rex, patre natus fertur Cambyse, Persarum rege: ex genere Persidarū, qui à Perseo sunt oriundi: & Mandane, Astyagis Medorum regis filia. Hunc Barbari adhuc celebrant, ut & corpore pulcherrimo, & animo humanissimo, discēdiq; cupidissimo præditū: ut & quouis labores subiret: & nulla pericula recusaret, ob gloriæ cupiditatem. Cyrus autem dictus est, quod per lusum inter adolescentes regni auctoritatem (quod Græcis κῦρ(Θ) est) adeptus esset. Fuit philosophiæ, ut si quis alius, peritus: à Magis eruditus, & iusticiam & ueritatem didicit, patriis quibusdam legibus, quæ optimatibus latæ sunt. Darium Persæ uocauerunt cauponem, ob tributa imposita: Cambysem, dominum: Cyrum, patrem. Nam ille quidem uendebat omnia: Cābyses sauius erat, & (negligens) temerarius: Cyrus clemens, & populi commo-

Ingenium

Cyri.

Patri dominus, domino quaestor succedit.

dorum studiosus. CYRONIADAE, Croconidæ, Phylenses, & Perithydæ, familiæ quædam. CYRSILVS, ab Atheniēsis. lapidatus est, quod suadebat ut Persis parerent. κυρτή.) Conuexa & caua acies, quæ antè & retrò uertitur, quæ os habet cauū, conuexum aut inflexum, ut ex tribus his sex eius formæ conflentur. κῦσόν με, κὲ πλὴν χεῖρα δὸς πλὴν δεξιᾶν.) Aristophanes: Osculare me, & porrigere dex-

trā. Fidei ergò in pactis & conuētis dexteris porrigere solebant.

κυφόν.) ὅτι πάντες ζύλα * κυφόν αὐ ἤροιστε: E' quouis ligno curuū aliqd fiet. De iis q̄ in speciē contempta, utilia tamen sunt.

κύφων, Catasta dicitur de omnibus rebus molestis & perniciosis.

κυψελιδῶν αἰάθημα.) Agaclytus in LXXX Olympiade sic ait: Aedes lunonis antiqua est, cōdita à Scilluntis Eleorum colonis. In ea inest colossus aureus, Cypseli donarium: qui uouerit, se regno potitum, opes omnes intra annos X cōsecraturum: iis quæ decimis exactis, Colossum illum consecrasset. Sed Didymus à Periandro factum affirmat, ut luxum & audaciam Corinthiorū reprimeret. Etenim & Theophrastus lib. 2. de Temporibus sic ait: Alij pecuniā in res magis u-

riles impendunt, bellis susceptis, & expeditionibus: ut & Dionysius tyrānus, qui non alienas tantū, sed suas etiam opes consumendas esse censebat, ut adimeretur occasio insidiatoribus. Eòdem & Pyramides Aegyptiorum, & Cypselidarū colossus pertinere uidentur. Fertur epigramma de illo colosso: Ipse ego aureus fabrefactus sum colossus, Vinam intereat Cypselidarum familia.

INITIVM LITERAE L.

Λαβῆς.) Bagoas Aegyptius Ochū Persam mastrauit: & carnes quidē deuorauit, ex ossibus autem gladiatorum capulos confecit.

λαβαὶ φιλοσοφίας ἀριθμητικῆς καὶ γεωμετρικῆς.) Ansæ philosophiæ sunt Arithmetica & Geometria.

λάβρακες μιλήσοι.) Lupi pisces, Mileri in Asia multi & maximi sunt, ob lacum in mare influentem. Nam pisces dulci aqua gaudentes, è mari eò transeunt.

λαγίσκα.) Lepuscula, meretrix quædam fuit, cuius meminit Lysias: & concubina Isocratis.

LAGVS Arsinoen duxit, Ptolemæi Soteris matrem. hunc Ptolemæum, ut si bi alienum, * fertur in aeneo clypeo exposuisse. Macedones autem perhibent, aquilam accedere solitam, & expansis alis ardorem Solis ab eo prohibuisse: & imbrem, & gregales uolucres abegisse: & coturnicibus laceratis, sanguinem illi pro lacte instillasse.

λαγῶ πεινῶντι καὶ πλανήντες εἰς σῆκα.) Lepori esurienti etiam placentē loco fixum. Prouerbum, de iis qui necessaria preciosa putant.

Quædam

Φανείς ο λαιγώς δρυςυχής ποιεί τρίβας.) Cō spectus lepus infelices facit calles. Expli-
catio somnij.

λαιγώς καθύδων.) Lepus dormiens. De
iis qui se dormire simulant.

λαιγώς τὴν πρὸς τὴν κρεῖων τρέχῃ.) Lepus pro
carnib. currit. Timidū animalculū est le-
pus: unde Rhegini lepores dicti sunt, tan-
quā timidi. Vsurpatur de ijs qui uitæ pe-
riculum summo studio propulsant.

ὁ καρπάθι (ὁ τὸν λαγαῶν.) Carpathius le-
porē. De iis qui sibi ipsi nocent. Nā Car-
pathij cū insulā incolet, & lepores non
haberent, eos aliunde intulerunt: qui cū
multiplicati essent, fruges lædebant.

λάγω (ὁ.) (δῶρον.
κύπερι κείσο λάγω μεθυσφαλές αὐτίκα
ἢ κασιγνήτη νεκλάρης κύλιον
βακχέας, ὑπερφθογγε, σωέσιε δαίτρε εἴσιε,
σειναύχην ψήφρα συμβολικῆς θύγατερ.
θιηρῆς αὐτὸ δίδακτε διήκονε, μύσι φιλέντων
ἠδίστη, δέσιπνων ὄπλων ἐτοιμότατον.

Veneris esto lagana prae ebrietate titubans sta-
tim munus,

Soror nectarei calicis

Bacchici, uino resonantis, contubernalis con-
uiuij equalis,

Angusto gutture, calculi symbolici filia.

Mortalium sponte docta ministra, sacrificula
amantum

Suauissima, cænarium instrumentum ex-
peditissimum.

LADON, fluius Arcadiæ.

λαίον ἔσο χιτῶνα.) Lapidem induisti
tunicam: id est, lapidatus es, uel in faxeo
tumulo sepultus.

λάτρε βιώσας.) Ignoretur te uixisse. Ita
uiue, ut nemo te uixisse sciat. Prouerbij
loco usurpatur.

λακεδέας.) Aspidem, ranam, serpentē,
& *lacertas effuge.

LACINIVM, mons Crotonis.

λακκόπληστ (ὁ.) Laccoplutus, Callias
Atheniensis est dictus, tali de causa. Xer-
xes nauali ad Salamina prælio uictus, A-
thenis fugit. Cum autem quidam Persa
in Calliæ ædibus diuertisset, ibiq; impe-
dimenta, Barbaris trepidē fugientibus,
reliquisset: famuli eius multum auri in la-
cum coniecerunt: sperantes, se reuersos
id esse recuperaturos. Sed id factum nō
esse dicitur, cum opibus illis Callias pri-
us potitus esset.

λάκκ (ὁ.) Athenienses & alij Græci,
fossas subterraneas excuant latas, uel
rotundas, uel quadrangulas: iisq; tecto-
rio inductis, uinum & oleum excipiunt.

Lacum sacra Scriptura & sepulchrum, &
ingentia pericula uocat.

λάκκω καθέναι σωτῶν, & καλὸν τὸ δε.) In la-
cum demittere sese, non bonū hoc est.

λακωνικὴ τάξις.) Laconicus ordo supe-
rioribus bellis pulcherrimus inter uete-
res extitisse putatur. In quinquagenos e-
nim, & Enomotias, & Moeras ordines di-
uidebantur. & minimus erat Enomotia
numerus, x x v.

λακωνικὸν τρέπον περαινεν.) Laconicum
morem persequi: hoc est, hospitibus co-
piam sui facere. Minimè enim custodiūt
uxores Lacedæmonij.

λακροτίδας.) Hic antiquus prætor fuit
Athenis, temporibus Darij: sub quo ma-
xima nix fuit, quæ omnia obstruxit, ut ne-
mo prodire posset. Itaq; frigida omnia
Lacratidas appellarunt.

LACYDES, Alexandri Cyrenæi F. phi-
losophus, nouæ Academiæ autor. Scri-
psit philosophica, & de natura.

λαλαγεῦσαν.)
Quæ antea sonabat in saltibus agrestis Echo,
Ad legē nostræ se conuertit lyra strepentis.

λαλητῆ (ὁ.) Vniuersa Achaia monumen-
tum tuū est, Euripide: Non utique mutū,
sed uocale.

λαμάχων.) Lamachus dux Athenien-
sis, temerarius & bellicosus, quem Athe-
niēses cum Nicia & Alcibiade ad bellū
Siculum crearūt ducem. Aristophanes:

Fædus ipse mecum feriam
Negocijs & pugnis, & Lamachis omisiss.

Multò enim est incundius.

λαμβάνω.) Prior illa confusio in ordi-
nem est mutata.

LAMECHI duo memorātur in Scri-
ptura: unus Cainius, alter qui sit pater E-
nochi. Noe uerò nō nat⁹ est à Lamecho
Cainio, qui & uirū occidit, & adolescentē
in uibicē, qui duas cædes fecerit, & du-
as uxores duxerit Eldā & Selam, qui se i-
pse inculat, qui se pœna septuagies se-
ptupla dignū pronūciat. Cainus, inqt se-
ptuplas dedit pœnas: Lamech uerò se-
ptuagies septies. Grauius igitur puni-
t, quòd casu eius qui prius deliquerat, nō
fact⁹ est cautior. Iusti etiā Enochi fratres
sustulit, qui fide ppter ea orauit, ne uide-
ret talē mortem: & uoti cōpos, trās latus
est. Fuit autem à Iusto Setho oriūdus E-
nochus, à quo Lucas euangelista seriem
generis Christi arcessit. Studuit itaq; se-
mē impiorū, delere piorū genus. Pecca-
tor enim Dei cultū detestatur. Caini .n.
genus execrabile est, Sethi benedictum.

Explicatio
Somnij.

Laconica lib
beralitas.

Nix.

Euripides.

Ocium?

Impij infest
pys.

Ne-

Neq; uoluit Deus cum iustorum genere, genus impiorū cōmisceri, sed deleri. Cum itaq; & cædes facerent, & occisorū uxores ducerent, ingentia mōstra Gigātes sunt exorti: ob quos diluuiō sunt extincti omnes, solo Noe in sua gēte, iusticiæ obseruante, conseruato.

LAMIAM, Doris in secundo Libycarum rerum refert, fuisse formosam in Libya mulierem, qua à loue compressa, lu¹⁰ nonem ex zelotypia liberos eius occidisse. E' quo dolore facta illa deformis, liberos alienos rapere atque occidere fertur. Dicitur ab eo, quòd magnam gulam habeat.

LAMIA, urbs Thessaliæ: ubi Græci, post Alexandri obitum, ducibus Atheniensibus, libertatem recuperaturī, Antipatrum uicerunt.

LAMVS, urbs Læstrygonum.

λαμπάδιος.) Traianus imperator in bello fauciatos curabat: & cum uincula uulnerum deessent: ne suæ quidem uesti percipit, quam in fascias dissecuit totam.

λαμπάδ(ς.) Lampadis tria festa agūt Athenienses: Panathenæis, Vulcanalib⁹, Prometheis. Ister ait, Athenienses primum facibus esse usos in Vulcani sacris: qui usum ignis primus deprehēderit, & mortalibus demonstrarit.

λάμπων ὀμνυσι γὰν χλιῶα, ὅταν ἐξ ἀπιτῶ λινῶα.) Lampon cum aliquem fallit, anserē iurat. Primi socratici hoc modo iurare soliti fuerunt. Rhadamanthus autem primus uetuit, ne in iureiurando dij nominarentur: sed iurari uoluit anserem, canem, arietem, & similia. Lampon autem aruspex fuit, & uates, cui Atheniensium coloniam Sybarim missam ascribunt. Iurabat autem per anserem, ut fatidicam auem. Usurpatur de iis qui iureiurando interposito fallunt.

Rhadamanthi iuramentum.

Lampon.

LAMPRAE duo municipia sunt Erechtheiæ tribus: unum maritimum, alterum in editiore loco.

LAMPRIAS, Plutarchi Chæronensis filius, tabulam confecit omninm scriptorum patris sui, de Romana & Græca historia.

λαμυρὸν.)
βροτολοιγὸς ἔρωσ τὰ πυρῖπνοα τόξα
βάλλει, καὶ λαμυροῖς ὀμμασι πικρὰ γελᾷ.
Perniciosus Amor flammantia spicula ponit,
Et letis oculis ridet assidue.

LAPATHVM herba ciet aluum.

λάρα(ς.) Sepiæ, cū piscatores eas uoligmis. nantur, atramentum emittunt, quo tur-

bata aqua non conspiciantur.
λάρα(ς) κεχλυὸς.) Larus hians. De hominibus rapacibus, & furacibus. Nam & auis hæc rapax est, & uorax.

λάρα(ς) ἐν ἑλεσι.) Larus in paludibus. De iis qui citò reddunt.*

LASVS, Charbini F. Hermionēsis, ex urbe Achaiæ *, octaua Olympiade, tempore Darij Hystaspis F. Hunc quidā septē sapientibus, Periandri loco, annumerāt. Primus hic librū de Musica scripsit, & dithyrambū in certamen deduxit, & contentiosas orationes instituit.

LATINI, qui nunc Romani dicūtur. Telephus enim filius Herculis, cognomento Latinus, eos qui olim Cetij dicebātur, Latinos appellauit. Idem Itali dicti, à principe quodam Italo. Ab Aenea, cum is Occidentem occupasset, Aeneadae. Post eum omnes Romani dicti, cognomento à Romulo accepto.

λατρεύω.) Non coluerūt, diuina præditi sapientia, res conditas præ conditore. λατρεία, ἡ ὀπίμιον ὀγλία.) Ipsa merces est autoramentum seruitutis.

LAVREVM, locus Attice, in quo metalla sunt.

λαφύζας.) Hæ aquilæ / inquit, uexillis ostēsis / elephantorū uiscera lacerabunt.

LACHARES, Lacharis F. Atheniensis sophista, discipulus Heracleonis sophistæ Atheniensis, magister plurimorum, sed celebrium uirorum: Eustephij, Nicolai & Asterij. Floruit sub Marciano & Leone Imperatoribus. Scripsit de collo, & commate, & periodo, disputationes: historiam (de Cornuto) secundum Cornutum, loca selecta ex oratorib. ordine alphabetico. Lachares sophista tardior fuit in differendo: sed uir ipso uultu uirtutis præstantiā præ se ferens: dignior qui philosophus quàm sophista nominetur, ut qui uisum amissum receperit. Nam & alio qui uir Deo charus fuit.

λαχῶν.) Aristophanes: Rempub. deo ras ante mandatum tibi magistratum.

λάτταρο(ς.) σήνεις δὲ ἀκνεσαι καὶ κύων λαίταρο(ς) εἰ. Mulces cum mordeas, & canis es clandestinè mordens. Prouerbiū, in eos qui per beneuolentiæ speciem infidiantur.

LAEPSODIAS ob mala crura, ut & Damaseas, perstringitur. Thucydides, Læspodiam etiam ducem fuisse scribit. Fuit & litium amans.

λέβηεις.) τυφλόπε(ς) λέβηεις(ς) cæcior exuuiis serpentis. Alij, γυμνόπε(ς) λέβηεις(ς).

ἐίδε, καὶ κινδάλω, καὶ ὑπερῶν: Nudior Leberide, & cindalo auicula, & pistillo. Leberis quidam pauper fuit.

λέβητα.) Ezechiel propheta lebetē uocat Hierosolyma, carnes uerò incolas, ignem Babylonē: ius, uictū necessarium: quo deficiente, carnes crementur.

λεγών.) Legio apud Romanos, 6000 milites.

λέγειν οὐ δεινός, μανθάνειν δὲ ἐγὼ κακός σέ: Δυσμενὴ γὰρ καὶ βαρῦν σ' εὐρηκ' ἐμοί.

Difertus tu quidem es, sed ego te audire nolo: quem infestū mihi esse & iniquum cognouerim.

λέγεις μοι χαρὰν, λέγεις μοι βόαν.) Aristophanes in Pluto: Ea mihi dicis, quib. ita lætor ut exclamem.

λεκάνια.) Aristophanes: Date mihi patellā ut uomā. Nauseo enim ob illius ineptias, & bilis ex uerbis illi mihi affluit.

LEONATVS, dux Macedonicus, cognatus matris Philippi, cum Alexandro educatus, tum ob consuetudinē illā, tum ob necessitudinē generis, tum uerò ob proceritatem & pulchritudinē corporis honoratus. Itaq; & uiuente Alexandro animo erat elato: & uitam agebat, more Persico, delicatam: cum armorum splendore, tum reliquo cultu, haud obscura hostiū æmulatione. Alexandro aut defuncto, eam rem sibi laudi etiā ducebat, seque regio cultu ornabat, & non multū à Persico abhorrente, cum pmissō & fluente capillo, tum reliquo apparatu. Erant equi Nisæi & Phasiani, omnes aureis frenis ante aciem collocati, excellentibus ornamentis insignes. Desigebatur etiam ei tentoria magnifica, & arma pulchritudine præstantia, & sequebatur amicorum coetus.

λέοντι ξυρῆς.) Leonem tondes. Prouerbum, in eos qui res aggrediuntur, quæ fieri nequeunt.

λέοντας ἰδεῖν δυσμενῶν δηλοῖ μάχας.) Leones uidere, hostium significat pugnas.

LEONTIVS, Tripolis Lydiæ episcopus, natione Mysus, ex iis qui Istrum accolunt: & ab Homero ἀγχέμαχοι, quòd comminus pugnent, dicuntur. Hūc Leontium sibi adiungit uæcors Philostorgius in libro suo, ut approbatorem Arianae suæ uæcordiæ. Hic Leontius, cum filium unum haberet, nō optimæ spei puerū, precibus (ut aiunt) impetrauit, ut adulescentulus moreretur: optimum ratus, cum ante susceptum aliquod dedecus

defungi, lubricis uitæ casibus ereptum. Hunc regulam Ecclesiæ uocabant. Animo fuit ingenuo aduersus omnes, & ore libero. & quodam tempore concilio indicto, cum Eusebia Constantij uxor, superbia elata, ab episcopis adoraretur: solus eam adulationem aspernatus, domi mansit. At illa iritata, & animo inflāmato, mittit ad eum expositulatū, pollicitationibus etiā hominem alliciens: se, Ecclesiā illi maximam extructuram esse, & affatim pecuniæ præbiturā, si se conueniret. Cui ille hoc modo responderet: Istorū quidem si quid Imperatrix exequi uolueris, non tam mihi te scito, quā animæ tuæ gratum facturam. Si me uerò ad te uenire uolueris, debita episcopis reuerentia conseruata, ut ego quidem ingrediar: tu autem statim de sublimi isto solio descendens, reuerēter mihi obuiam procedas, & caput meis manib. supponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego sedeam, tu uerecundē astes: cum iussero, signo dato, sessura: si hæ inquam tibi condiciones placuerint, ueniā ad te. Sin alio modo: non tam multa dabis, tã magna non poteris, ut nos honore episcopis conueniente neglecto, diuinum sacerdotij institutum uiolemus. Quæ cū

renunciata essent, exarsit iracundia mulier, non ferendum rata Leontij responsum: & uehementer cōmota, & multum conquesta, multumq; muliebri bile & leui ingenio minitata, rem marito exponit, eumq; ad supplicium de illo sumendum instigat. Is uerò ingenuum Leontij animum magis laudat: placataque ira, uxorem in gynæceum ablegat. Aliquando item Cōstantio inter episcopos præsidente, & Ecclesiis præscribere uolente: plerique, quicquid ille dixisset, cū plausu & admiratione accipiebant, rectissimè id esse dictum asserentes. Hic uerò tacebat. Quem cum rogaret Imperator: Quid tu solus omnium taces? Miror, inquit, quī fiat, ut aliis curandis destinatus, alia tractes: qui cum rei militari & Reipublicæ præsis, episcopis ea præscribas, quæ ad solos pertinent episcopos? Imperator itaq; uerecundatus, eiusmodi edictis in posterum abstinuisse fertur. Talis fuit Leontij libertas.

LEONTIVS Antiochenus episcopus, se ipse castrauit (καὶ ἑὸ τ' ἄλλα βέβηλα.) Fuit & cætera profanus, & Aetius Eunuomij magister, qui Arij blasphemiam suis argutiis adauxit.

Leon.

καὶ τῆς ἐκκλησίας.

Eusebia ambitio.

Episcopalis reuerentia etiam contra Imperatricem defensa.

Eusebia in dignatio sedata à Constantio.

Constantij curiositas castigata.

Leontius, & hic Antiochia fuit hæreticus: contra quem scripsit Photius patriarcha. Nam de homousio disputauit cum Flauiano, audacibus & blasphemis (*ληρωθήματα*, quid si *λοιδορήματα*, conuiciis?) deliramentis.

Leontius monachus sub Zenone, cū occulta Scripturæ loca prophetica gratia declararet, multos studiosos habuit affectas. Cum uerò quidam Imperatoris portenta contra ecclesiā moleste ferrent: Non, inquit, miranda sunt ea quæ fiunt ab homine ad imperium ab hominibus ascito: cū Saul diuino suffragio rex designatus, Abimelechū & eius filios in domo Domini gladio confecerit. Aliis item dubitantibus, & ingenium eius è mansueto sæuum esse factum opinantibus, quòd in initio Imperij quædam egisset, quædam pollicitus esset, quæ ad bonum tenderent: Non mutauit, inquit, naturam: sed in rebus secundis improbitatem declarauit, longo tempore (*Διὰ πῦν ἰλλὰ τὸν Φόβον.*) Illi metu dissimulatam. Idem, cum quidam Clementis Stromatei librum legeret, & ad locum peruenisset, quo ille uiros deridet, qui faciem meretricio more pingūt, & capillos tingūt: dixissetque Leontius, Num quisquam est præter Imperatorem, qui capillos tingat, & fucet faciem? monachus alijs subiecit: Nos uniuersè de homine dubitauimus, num is ullo modo sustineret ornatum mutare naturā: nec tamen hoc facere putauimus Imperatorem. Perargutè sanè monachi deriserunt eos, qui naturā uirilem transformare in muliebrem studerent. Nam à talibus, ueterum quoque plurimos, ut ab inconstantibus abhoruisse, multis historiarum documentis comprobatur: atque etiam Philippi patris Alexandri exemplo, qui cum Antipatrum quendam ex amicis suis in iudices retulisset, quem capillos & barbam fucasse cerneret, remouit. Qui in pilis, inquit, infidus est: eum ne putes in rebus gerendis esse fide dignum.

LEONTISCVS Messenius Siculus, cognomēto Acrocherites: quòd summam aduersarij manus comprehensas infringeret, nec dimitteret prius, quàm eū deficere sensisset.

LEOGORAS, pater Andocidæ oratoris.

LEOCORIVM, sacellum in medio Ceramico: inde appellatum, quòd, cum fame laboraretur, eaque non nisi puella

immolata propulsari posset: Leos quidam Orphei filius, Cylāthi pater, tribus filiabus suis uirginib. Pasithea, Theope & Eubule oblati, urbem annonæ penuria leuauit.

LEON Byzantius, philosophus Peripateticus, & sophistes, discipulus Platonis: aut (ut quidam tradunt) Aristotelis: res Philippicas & Byzantinas libris 7 descripsit: Teuthranicum, de Befalo, Sacrum bellum, De seditionibus, res gestas * Alexandri. Hic legatus Athenas missus, cum admodum obesus esset, Atheniensibus risum mouit. quo nihil turbatus, legationem peragens: Quid, inquit, ridetis Athenienses? An obesitatem meam? Est mihi uxor longè obesior: ac concordantes nos lectulus capit: dissentientes nec tota domus. Hoc opportuno dicto effecit, ut consentiret populus Atheniensis. Idem cum Philippum Byzantio repelleret: ab illo talibus literis est perstrictus: Si tantam Leonti pecuniam largirer, quantum à me postulauit: primo impetu Byzantium cepissem. Quibus auditis, populus cum ad Leontis aedes concurrisset: ueritus ille ne lapidibus obrueretur, se suspendit miser, nullo fructu suæ sapientiæ & eloquentiæ percepto.

LEO Alabandēsis, orator, scripsit Caricorum lib. 4. Lyciacorum lib. 2. Artem de flatibus, Sacrum bellum Phocesium & Bœotiorum.

LEO Macelles, Imperator Romanorum, habitus est superiorum imperator omnium felicissimus, & formidabilis omnibus, tum sibi subiectis populis, tum Barbaris, ad quos eius fama peruēnit. Et hanc quidem uulgò de se opinionem reliquit. Ego uerò, inquit Malchus, felicitatem non existimo, si quis populi sui facultates diripit, & eam ad rem semper sycophantas subornat: & ipse eos accusat, si alium non inuenerit: & aurum ex uniuerso terrarum orbe coactum, sibi soli recondit: & urbes opibus spoliatas eò redigit, ut constituta tributa haud facile possint pendere. Denique omnis improbitatis diuersorium Malchus eum fuisse affirmabat: qui & Hyperechium grāmaticū in exiliū egerit. Cum aliquādo Eulogio philosopho stipēdium dari iussisset: quodā ex eunuchis dicente, pecuniā illā militib. esse impendendā, dixit: Vtinam meā ætate fiat, ut stipendia militū in philosophos cōferantur. Temporibus eius fuit Acacius patriarcha.

LEON,

Non miranda
de tyrannorum
intemperie.

Non mutati,
sed patefacti
mores.

Fuci & calami
mistri uirosorum.

Compti, leues,
& infidi.

Philippus
Macedo.

Confractor
manuum.

LEON, ab Eutropio eunucho dux missus contra Barbaros, leuis fuit, & ob studium ebrietatis, deceptu facilis. Fortitudinem enim suam eò detorserat, ut plures haberet pellices quàm milites, & plus biberet quàm homines omnes.

λέων λέων σοι γέγονεν, ἐκ μαγμάτων. Leo, leo tibi natus est, effigies tua. De adulteris & fœcundis mulieribus. Aristophanes. Cùm cætera prorsus omnia, tum peniculus est tuo persimilis, curuus instar præputij.

LEONAS sophista, natione Isaurus, celebris inter eiusdem artis professores Alexandria: qui non modò eruditionē suā Proclo impertiit, sed & conuictorē habere uoluit: curauitq; ut suæ uxori & liberis cõtubernalis esset, quasi germanus & ipse filius: notumq; eum reddidit magistratibus Ægypti.

LEONIDAE dona, λεονίδης δῶρα. Leonides Lacedæmoniorum rex, Anaxandridæ filius, ab Hercule oriūdu, dux eorū qui ad Thermopylas sunt pfecti: quo in loco Hercules corpore deposito, factus esse deus perhibetur. Cum autem ei nunciatum esset, præ Persarum sagittis Solem nō conspici: Bono animo, inquit simus: sub umbra pugnabimus. Prandiū parantes milites, ita prandere iussit, tanquam apud inferos cœnatuos. Xerxe autem aduentante, cæteri quidem omnes multitudinē hostium pterriti, fugerunt: Thebani ad hostes defecerunt (locus mutilus, οὗς λαβῶν ἐπέξε βασιλίδης) quos acceptos compunxit rex cum militibus ccc Spartanis. Leonidæ tumulo inscriptum est:

Cū myriadib. aliquādo hic trecētis pugnarūt E Peloponneso chiliades quatuor.

ALIVD EPIGRAMMA IN duorum fratrum tumulo.

O hospes, nuncia Lacedæmonijs: nos hic iacere, illorum uerbis obtemperantes.

CICERO:

Dichospes Sparta, nos te hic uidisse iacentes, Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Hic Leonidas iuxta Thermopylas cū ccc Xerxi restitit, fortissimeq; dimicās occubuit, circumuentus per proditionem: cum Ephialtes quidam Persis uia per rupes demōstrasset, eosq; noctu dixisset. At Macedo ille, siue Leonidæ animo, siue Callimachi, siue Cynægiri (sed satis est eum Romanum dicere) ut uerba medicorum acceperat: rogabat, num Romani uicissent?

λεοπετρία. Possumus per glabram rupem descensu facto è mari in Chersonesum, hostes à tergo inuadere.

LEOSTHENES, dux Atheniensium, bello Macedonico immodica usus alacritate, dum successus aduersus hostes urgens incautius, impressionem facit, saxo caput ictus, in acie occumbit.

LEOTROPHIDES dithyrambopœus, pallidus erat, & tenuis: auiculæ similis, ut & Cinesias. Prouerbiū, λεωτροφίδης λεπτότερος, καὶ θεμαλίδης: Leotrophide tenuior, & Thumantide.

λέπραον. Lepræum, Triphyliaæ urbs, à candicantibus rupibus, & uarij coloris instar lepræ, è quibus eminet: uel quòd conditores eius lepra laborarint.

λέπριον. Leprium, oppidulum Peloponnesi, cuius meminit & Callimachus in hymnis: καυκίωνων πόλιθρον ὁ λέπριον πεφάρισται, Cauconū oppidum, quod Lepriū est appellatum.

LEPRAEVS, à Comicis pstringebat, ut mollis, maleficus, gulosus, garrulus.

O uirum inā signem.

λεπία ξάνθης. Tenuia nes: uel, carminas. De ijs qui uitam inopem degunt.

λεπία ἡς ἐλπίς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχέμεθα. Tenuis admodū spes est, quæ nos alit. Prouerbiū, de rebus dubiis & deploratis.

λεπλιὸν πλέκει. Tenuem plicat. De pauperibus.

λεπτολογεῖν ἤδη ζητῶ, καὶ περὶ καπνῶ στυλοῦ ὄχειν. Hermippus in popularibus: Subtiliter iam differere studeo, & de fumo angustè nugari. Aristophanes in Nubibus: χάσας τὴν φροντίδα λεπλιῶ, καὶ μικρὸν περὶ φρόνει τὰ πρᾶγματα: Inhibita subtili sollicitudine, paulatim res cōsiderato. Itē, σὺ ὦ λεπτοπάτων λήρων ἱερεῦ: Tu ὁ tenuissimarū nugarum antistes. Sic deridētur à comicis argutiæ philosophorum.

λεπυσμός. Attenuatio est, cū profunditas phalangis contrahitur, & pro 16 uiris pauciores fiunt.

λέρνη θεατῶν. Cratinus, Lerna spectatōrum: id est, theatrum improborū. Vel propter hydram, uel quòd Argiui quinquillas & sordes eò deferunt: nam Danaus capita Ægypti filiarum in Lerna coniecit, & (ut consentaneum est) per contumeliam res mali ominis eò conijci iussit. Alij scribunt λέρνη κακῶν, Lerna malorum.

Danaus

λεσβίων ἄξια. Lesbii digna. Prouerbiū, de rebus irritis.

λεσβισαί. Inquinare os .i. irrumari: ob quā fœditatem Lesbij malè audiebant.

LESBONAX, Mitylenæus philosophus, sub Augusto, pater Potamonis philosophi, scripsit plurima philosophica. *Confessus nugarum.* λέσχαί.) Leschas uocabat publica quedam loca, in quib. homines ociosi desidebant multi. Olim etiā confessus eorū qui philosopharētur, sic dicebantur. *Liber Nugarum.* Herodoti lusciniæ. *Herodoti lusciniæ.* Herodotus: Nō uis fabrilem officinam ingressus dormire, aut in Lescham aliquā? Cleanthes ait, attriburas Apollini esse Leschas, atq; ipsum etiam Apollinem apud quodam Leschecorion, uel Leschenhorion cognominari.

LESCHAE dicuntur etiam poemata Heraclidis Pontici, uersu Phalæcio seu Sapphico scripta. Epigrā. in Herodotū: *At tu scilicet Hospes Halicarnassensis, iā olim Tuae uerò uiuunt lusciniæ.* (cimis es, αἱ δὲ πάλαι ζώσων ἀηδόνες.

LESCHIDES poeta heroic⁹ clarissimus, regis Eumenis cōmilito: ut & Pythoas historicus, & Menāder medicus. *Partus.* λουγαλαίαι.) Precibus & uotis inuocauit deos, ut à partu tuo perniciofa fata procul amouerent: ὡς μετ' Ὀχθαλῆς ὀκαλέσασθαι λουγαλαίαι κήρας ἀπ' ὠδίνων τῆλε βαλεῖν λοχίων.

LEVI, trib. sacerdotalis. unde Leuites. **LEVCAS**, in sula ante Epirum sita. λουκῆ.)

Demosthenes in oratione pro Ctesiphōte: Coronatos fœniculo & populo. Coronabatur autem populo, qui Bacchicis sacris initiabatur, quod arbor illa inferna sit, infernus item Proserpinæ Bacchus. Populum enim natam esse iuxta Acherontem tradūt. unde Acherois dicatur ab Homero.

λουκῆ ἀκλή.) Albæ actæ (litiora) sunt plures. *Albi⁹ nis gri calculi.* Lysias uerò eius meminit, quæ est in Propontide:

λουκῆ ἡμέρα.) Alba dies, id est bona & hilaris. Sophocles: *Cedit noctis atræ orbis, Candidis uectæ in galibus Diei, ut in bar accendat.* Phylarchus ait, cubitū ituros pferre pharetram, & si quidem citra molefciā diē exegerint, in eam cōijcere albū calculū. sin molestè, nigrum. Si quis igitur moriatur, proferri pharetrā, & numerari calculos: quorū si plures albi reperiantur, defunctum beatum iudicari. Vnde hoc prouerbiū ortum est. Eodē pertinet λουκῆ ψήφου, albus calculus.

λουκῆ μάζαν φουρῶσι.) Albam placentam tibi subigo. Prouerbiū, de iis qui magna pollicentur.

λουκῆ σαθρῆ.) Alba amussis. De iis qui obscura obscuris notāt: aut de iis, qui ni-

hil intelligunt. Sophocles in Cidalione: *τῶν μὲν λόγοις τοῖς σισιν ἔπειμαιρομαι, ἔμαλλον ἢ λουκῆ λίθω λουκῆ σαθρῆ.* *E uerbis tuis nihil equidem assequor, Nō magis quā si alba amussis fit in albo saxo.* λουκῆ.)

Lucius, Demarati Corinthii filius, Romam profectus est, cum seipso fretus, tum opibus elatus: sperans, se, ob occasiones quasdam, nemine in republica inferiorem fore: cū uxorem haberet tum ad alia utilem, tum ad omnem rem gerendā, ingeniosam adiutricem. In urbem profectus, & ciuitatem cōsecutus, statim ad obsequium regis se accōmodauit: celeriterq; propter liberalitatem & ingenij dexteritatem, in primis uerò propter educationem à puero, regi opportunus, magnam approbationem est consecutus, atq; autoritatē. progressuq; tēporis eò pcessit, ut regi familiaris esset, & regnum cum eo administraret. In qua administratione cum bono esset omnibus, & indigentes adiuuaret atq; pueheret, simulq; liberalitate & magnificentia in loco uteretur: multos sibi obstringebat, omniumq; beneuolentiā alliciebat, & gloriam uirtutis parabat. Ita regno potitus est.

L. AEMILIUS, uictō Perseo, Macedonico regno potitus (in quo, præter ceteras opes atq; copias, in ipsis thesauris argenti & auri amplius 6000 talēta reperita sunt) adeò nihil horū appetiuit, ut ne spectare qdē ipse uoluerit: sed per alios tractāda curarit: quāuis re familiari non ampla, ac angusta potius. Nō diu. n. post id bellū defunctus, cū germani eius filij P. Scipio & Q. Maximus, uxori dotē redituri essent 25 talētūm, ijs cōsiliati sunt difficultatib. ut id nullo modo possent, nisi & supellectili & mācipiis & quibusdā futūdis distractis. Pulcherrimū itaq; signū suæ uolūtatis reliquit mortuus. nā cū plurimūm auri ætate sua ex Hispania Romā pertulisset: & maximis in Macedonia thesauris potitus esset: talem rem familiarē reliquit, ut uxori dos de supellectile tota persolui nō possēt, nisi etiam fundi aliquot essent uenundati.

λουκῆ.) Album, ut & ἀγαθόν bonū, homonymon est. Nam cū de corpore dicitur, colorem significat, qui est qualitas: cū de uoce, actionē. λουκῆ φωνῆ, alba, id est clara uox dicitur, quæ faciliē exauditur: id est, quæ auditū uehemēter & celeriter mutat. Eodē modo τὸ ὄξύ, acutū, eitiā esse homonymon monstrari possēt.

532
... albis n...
... nig...
... dum supe...
... albū: par...
... pronē ciuil...
... (Hag...
... tempor...
... utriq;...
... urb...
... Thelpias...
... Sceleratu...
... obru...
... appetiuit...
... Alb...
... Nā quib...
... quod ho...
... CHAEVM, r...
... Lysias ait ca...
...
... Cū Scyth...
... fecissen...
... imperat...
... hemētius...
... instrume...
... Hippoda...
... habitas ad...
... & calon...
... e...
... cū extra...
... tribunū...
... qu...
... nefas confē...
... hantur, o...
... obitatis, & a...
... Sed cu...
... ones, neq;...
... suas gra...
... latis uirium...
... & fide care...
... coguntur, &...
... eorum uli au...
... possint. It...
... totus c...
... probitate fu...
... Aristopl...
... sed cōtr...
... Deinde m...
... lenem...
... Cū...
... pauca ten...
... erunt, ut...
... etiam ex me...
... Qua de ca...
... fuisse tradu...
... Poly...
... plurimū

λευκώμα, albis natib. dicūt timidos: sicut μελαμπύγες, nigris natibus, fortes.

λευκός λίνος έχοντες αὐχῶσι μέγα.) Albo lino admodum superbiunt.

λευκώμα, albū: paries gypso inunctus, ad inscriptionē ciuiliū rerum aptus.

LEVCON (Hagnusius) hagnus Peloponesiacis temporibus fuit. Fabulæ eius sunt, a sinu utriusq; & Phratores.

LEVCTRA, urbs seu locus Bœotia; iuxta Thespias.

λευστή.) Sceleratus ille homo, dignus qui lapidibus obrueretur, cognomentū Fausti appetiuit.

λευχηπιτίας.) Albi iocinoris homo: id est, timidus. Nā quibusdā aliquid in hepate accidit, quod homines timidos facit.

LECHAEVM, nauale Corinthiorū, quod Lysias ait captum esse Mnasiippo pratore,

λείας.) Cū Scythæ incursionē in fines Romanorū fecissent, magnāq; prædam abegissent: Imperator Valentinianus iratus, & uehementius uociferatus, uocis (αἰτία, causis) instrumentis ruptis obiit.

λείβος.) Hippodamus, ciuis optimus, in Piræo habitās ædes suas reip. donauit.

LIXAE & calones, homines operarij (ἑργαστικῶν) expeditionem consecrantes: qui cū extra omnem ordinem essent: neq; tribunū neq; ducē curabāt, q̄ ignorabantur: quouis modo lucrū per fas & nefas consecrantes. Itaq; cū nulla re abstrahantur, omne genus excogitāt improbitatis, & ad eam rem nihil nō machinantur. Sed cum neq; ad bellicas aggressiones, neq; (legο πάς καθ' αὐτὰς, ad priuatas suas grassationes) contra semet ipsos satis uirium habeant, eò quòd & armis & fide carent: cōmunicare cū militibus coguntur, & sua consilia illis aperire: ut eorum usi auxiliis, rapinas & cedes facere possint. Itaq; facti sunt omnes liguritores: totusq; exercitus temeritate & improbitate fuit refertus.

λείον.) Aristophanes: Noli iracundè respōdere, sed cōtrahe uela, iisq; summis utitor. Deinde magis ea extēdes & tenebis, uentū lenem & cōstantē nactus.

λειπαυδρεῖν.) Cum Athenienses, ob ciuium paucitatem, urbem augere uellēt: decreuerunt, ut unam ciuem ducerent: atq; etiam ex meretricula susciperent liberos. Qua de causā idem Socratē quoque fecisse tradunt.

λείπεδα.) Polybius: In omnibus rebus bellicis plurimū momenti habent, tū

ad succumbendum, tum ad uincēdum, militum animi.

λειπμαρτύριος δίκη.) Deserti testimonij actio. Si quis aliquid factum esse norat, seq; testimoniū in iudicio dicturum pollicitus, postea refugerat: huic iudiciū dictabatur. Quem si actor conuicisset: multabatur pro rei magnitudine. Si minus: accusator ipse * drachmam multæ nomine deponebat.

λειπόμεθα.) Simulatque dux dixerat, magno præliō uicti sumus: tantus terror atq; perturbatio extitit. Capti autē sunt 2000, minus 200.

λειπονάυται.) Edictū fecit, ut qui naues deseruissent in Græcia, cōquirerentur, & omnibus manus amputarentur.

λειποταξίς.) Turpe admodū, atq; ignauitæ esse putabat, se, bello orto, cū suis desertorum ordinum conuinci. Heraclius: Romanorum dux desertorum ordinū pœnas exigebat ab erronibus Romanarum copiarum.

λείρια.) Sola Gratiarū flores decerpit: ἡ μὲν χαρίτων λείρια δρεψαμένη.

ληθαργος κύων.) Canis, principio quidē blandiens, sed clanculū mordens.

ληθηδών.) Obliuio, est sciētia amissio.

— ἔργα δὲ Φάτων
εἰς περὶ πηλοῦ ἔργου πιάδε ληθηδόναι:

— Facta uirorum
In celerem ruunt talia obliuionem.

λήθη.) Diuinos interpretes describebat admodum accuratē (εἰς τὸ τὴ λήθης γήρας, in obliuionis senectutē) ad obliuionē senectutis (ut aiebat Plato) cōmentarios sibi parans atq; reponens.

λήθης πεδίον.) Campus obliuionis. De iis quæ fieri nequeunt. uel, de hominibus infirmis.

λήθησι γὰρ τὸ κ' αἰέμων δῆξοδοι
θήλειαν ὄρνιν, πηλοῦ ὅταν τὸ κ' παρῆ.

Latent etiam uentorum exitus
(Gallinā) Fæminā autē, nisi cū parius instat.
Ex Oenomaō Sophoclis.

ληκύθιον.) Aristophanes in Auibus: ἔλαγον σὸν ἐνεστὶν ἐν τῇ ληκύθῳ: Oleū nō inest lecytho. id est, nihil mouemur, non miseremur. ἔλεος, misericordia: ἔλαιον, oleū.

λήμα.) τοῖς τὸν ὁ πάς ὁδὲ λήμα φαίνεται. Talem puer iste præ se fert indolem.

λήμα θέρειον, Bellicosus animus. Efficiam ut uirilem demonstret animum, & origanum uideat: id est, acri sit uultu. Herodotus: Artemisia ex audacia, & ob uirilem animum militabat, cum nulla necessitas urgeret. Aristophanes, de Euripi

Amputatio manuum.

Desertorum pœna.

Uiuunt ingenio.

Artemisia, Euripides.

Aeschylus. de & Aeschylus: Animo uterque est non imbelli, neque tardo ingenio. Expectare igitur consentaneum est, Euripidem urbanum aliquid dicturum, & limatulum: Aeschylum uero impetu facto, uerba radicitus euulsurum, multosq; uersu uortices exagaturum.

Lemmata Dialectica.

λήματα, περίσσις.) Lemmata, propositiones sunt Aristoteli, hoc est interrogatio, quae causa est resolutionis: e qua conficitur syllogismus, quae etiam Lemma dicunt.

Enthymemata.

μονολήματα, περίσσις, propositio ueniens lematis. ueluti: Respiras, uiuis ergo. manifestum. n. est quod praetermittitur: Omne quod respiret, uiuere. Huiusmodi sunt enthymemata: Hi poenam merentur. sunt enim sacrilegi. praetermissum. n. est, Sacrilegos supplicio esse dignos.

λημη.) Aristoph. in Pluto: ἀλλ' ὡ κρονικάϊς γνώμαις ὄντως λημώντες τὰς Φρυγίας: O uetuli farui, animi stupore ita impediti, ut lemæ aciem oculorum impediunt.

λεμνία δίκη.) Lemnium iudicium: id est, pessimum.

LEMNIUS ignis. In Lemno grauis est ignis eruptio.

Hircum olentes Lemnia, maritos a congressu abhorrentes iugulant.

λήμνιον κακόν.) Lemnium malum. Lemnij raptis * ex Attica mulieribus, liberos ex illis suscipiebant. At uxores, illos unam cum liberis macabant, quod ab illis negligenter, unam cum Thracum mulieribus, ob foetorem corporis: quem illas Myrtilus inuasisse tradit, ex Medæ ob Hypsipylen æmulatione: Caucasus uero, quod Lemniæ mulieres Veneri honorem non habuissent. Hinc magna mala, Lemnia dicuntur.

ληξιαρχικόν γραμματεῖον.) Tabula, in qua inscribebantur ij, quorum ætas apta erat ad sortiendos magistratus: addito etiam municipij nomine: quique iam patrimonio suo potiebantur.

λήξις, & sortitione & facultates significat. Hinc ληξιαρχικόν, quod & patrimonio & sortitionis ius habeant.

λήρη.) Multa mihi horum etiam ab adolescentulo nugæ & deliria uidebantur.

Non animam ipsam affici, sed instrumentis corporis debilitatis & corruptis, suo fungi munere non posse.

λήρη.) Mens, in senectute delirii occupata: non ipsa in sese affectionem illam recipit, ut corruptioni obnoxia & mortalis existimetur. Sed cum instrumentum sit mutatum, & ineptum redditum ad mentis actionem recipiendam: affectio instrumenti, affectio uidetur esse mouentis illud mentis. Nam & oculo lemis oppleto, aut etiam senectute ita mutato, ut ad uidendum non sit idoneus, sen-

536
sus ipse quidem nihilominus manet incolumis: sed sensus instrumentum afficitur, aut prorsus inutile atque ignauum efficitur. Causa uero est, cur cum sensus instrumento non etiam uis sentiendi corrumpatur (ἀλλ' ἐν τῷ πνεύματι) sed in spiritu. Sic etiam senum oculi ætate debilitati, & tunicis crassioribus factis, & ueluti corrugatis, neque ita perspicuis, atque etiam interioribus humoribus tempore sicioribus redditis & densatis, cum affectiones a sensibilibus ad uisuum spiritum transmittere non possint, fit ut minus uideant senes. Atque in delirio non delirius, sed instrumenti mutatio in delirius, atque ineptitudo (ut ita dicam) afficitur, & deliria efficit, non in senectute tantum, sed etiam in adolescentia, corpore phreneticis aliquibus aut lethargicis morbis occupato. Vehemens noxa mentis παραφροσύνη, amētia dicitur: media λήρη, delirium: remissa παραλήρη, uacordia siue simplicitas.

λητώ.) Latona mater Apollinis.

LIBADIA, oppidum Bœotia.

LIBANIUS, Antiochenus sophista, sub Iuliano Parabata, usque ad Theodosium maiorem: Phasganij F. discipulus Diophanti. Scripsit infinita, inter quae Constantij Imperatoris encomium: aliud in Iulianum, Declamationes oratorias, Epistolas. Fuit etiam temporibus Basilij & Gregorij, Iulianus autem Parabates, quamuis tanta mole negociorum suscepta, tamen dicendi gloriam expetebat: & Antiochenum sophistam, cui Libanio nomen erat, supra modum admirabatur, partim quidem forsitan quod eum probaret: partim etiam ut magnam sophistam Proæresium dolore afficeret, alterum illi praeferebat. Accius certe quidem homo dicendi peritus, & Phryx Thuscianus, semper illum propter hæc accusabant, eiusque iudicia reprehendebant.

λιβερνίδων. (Locum hunc in Suida mutatum, e lib. 7. Liuij, Decadis 1. huc ascribere uisum est.) Eodem anno, seu morte terræ, seu qua ui alia forum medium ferme, specu uasto collapsum in immensam altitudinem dicitur: neque eam uoraginem coniectu terræ cum pro se quisque gereret, expleri potuisse prius, quam deum monitu quaeri ceptum, quo plurimum Romanus populus posset. Id enim illi loco dicendum uates canebant, si rempublicam Romanam perpetuam esse uellent. Tum M. Curtium, iuuenem bello

bello egregiū, castigasse ferunt, dubitan-
tes an ullum maius Romanum bonum,
quàm arma uirtusq; esset? Silētio facto,
templa deorū immortalīū, quæ foro im-
minent, Capitolīūq; intuentē, & manus
nunc in cœlum, nunc in patentes terræ
hiatus, ad deos Manes porrigentem, se
deuouisse: equo deinde quàm poterat
maximè exornato insidentem, armatū,
se in specū immisisse, donaq; ac fruges su-
per eū à multitudine uirorū ac mulierū
cōgestas. Hactenus Litiū. Sequuntur
uerba Suidæ. Hiatus terræ extitit. Roma
ni autē cum ex Sibyllinis oraculis cog-
nouissent, coiturā esse terrā, si rerū hu-
manarū preciosissima in eum conijcerē-
tur: alij aurum, alij argentū, alij fruges, a-
lij quod quisq; maximi æstimabat, agge-
rebant (καὶ συμβαίνειν τοῖς ὑπὸ τῶν ἱερῶν λε-
γόμενοις ὑπελάμβανον, fortasse legendū) se
diuinis responsis satisfacere arbitran-
tes. Sed nihilominus permanente uorā-
ginē, Curtius uir & aspectu pulcherri-
mo, & animo præstantissimo, se quid Si-
bylla diceret, rectius aliis intelligere di-
xit. Rem enim Reipublicæ maximi esse
precij, uiri uirtutem, eamq; oraculo po-
stulari. His dictis, & arma induit, & equū
bellicum conscendit. Admirantibus
omnibus quid nam moliretur: rectā il-
lum in hiatus concitat. Quo expleto,
heroicos honores uiro illi medio foro
quotannis habendos Romani decreue-
runt: araque condita, locum eum * Li-
bernum uocauerūt. Vnde & * Virgilius
auspicatus est.

λιβυκὴν θηρίον.) Fera Libyca, id est mō-
strōsa. Aiunt enim Libyam feras habere
multas, quod aquis careat. Coeuntibus
autē omnis generis uno in loco anima-
libus, atq; aliis alia ineuntibus, uaria mō-
stra ex illo congressu nasci.

λιβυκὴν ὄρνεον.) Libyca auis, id est ma-
gna, quod in Libyā multæ aues & portē-
tosæ sint.

λιβυρικὴ.) Liburnicæ naves non tri-
rarchico more formatæ fuerūt, sed pira-
tico magis, æneis rostris & firmæ & te-
ctæ, incredibili celeritate.

λιβυστὰ ὄρνις.) Libyca auis: id est, stru-
thiocamelus.

LINGIS, homo quidā uiolētus fuit.

λιγνύς.) Licymnius quorundam ædes
incendit: & est Euripidis tragoedia Li-
cymnius.

λιγύμοχθ(αἰδῶν) Luscinia, arguto cā-
tu occupata.

LIGVSTICVM, pelagus. Est & Ligu-
sticus Hispaniæ locus.

λιγαφθόγγος.)

Non sanè posthac alis arguti sonis cantabis
Cicada in fertilibus sulcis sedens.

λιθάζω.) Iussu Tatij aurum in puellam
coniecerunt, donec confecta uulneri-
bus, obruta est.

λιδομυλία.) Appius Romanus censor,
urbem lapide molari constrauit, & aque
ductus fecit.

λίθον ἐψῆς, οἷον ἀδωάτοις Ἰππικαίρις.) La-
pidem elixas. De iis qui res quæ fieri ne-
queunt, aggrediuntur.

λίθ(ο).) Abari aurum & argentum &
gemmas magni precij postularunt.

λίθ(ο).) Demosthenes in oratione cō-
tra Cononem: Ex ijs qui aderamus seor-
sim quenq; ad saxum adductos, iureiurā-
do adegerunt.

λίθων χοαί.) Lapidum fusiones: hoc
est, aurum & argentum. Nam & Euripia-
des ait: quod candidos lapides (fundūt,
χέοντες, f. pro ἔχοντες) habent, multum
gloriantur.

LITHESIVS Apollo, sicut Marathē
fius, quod ad Maleam è saxo sit cōfectus
& dedicatus.

λικμαία θηῶ.) Licmæa Ceres, à uenti-
labro nomen habet.

λικνοφόρ(ο).) Vannus, ad quæuis initiā
& sacrificia idonea est: quam qui gestat,
uannifer dicitur.

λιμιτανάοι.) Limitanei. Romanorū im-
peratores superioribus temporibus u-
biq; in imperij finibus magnū numerū
militum collocarunt, ad tuendos impe-
rij Romani fines: præsertim in parte ori-
entali, ad reprimendas incursiones Per-
sarum & Saracenorum, quos à limitibus
Limitaneos uocabant. Hos Iustinianus
adeò segniter & negligenter curabat, ut
stipendia illis quatuor aut quinque an-
nis non soluerentur. Itaq; pace cum Per-
sis constituta, cogebantur illi certi tem-
poris stipendia fisco condonare.

λιμοδωρίεις.) Famidorienfes. Pelopon-
nesij, ij qui fame urgente in Rhodum &
& Gnidium migrarunt.

λιμός.) γαστέρι μῆνον ἔχοιμι κακῆς ἀλκπῆ-
εἰα λιμῆ, Modò mihi sit, unde famē ma-
lam à uentre arceam.

λιμός μηλιάσις, ἢ μῆλιός.) Fames Meliæa,
uel Melia. De reb. difficilibus: uel, de maxi-
ma fame. Nā bello Pelopōnesiaco Athē-
nienses Nicia (κατὰ τῶν δότοσαντων, contra
eos qui defecerant) cōtra omnes missō,
z 3 fam-

ramdiu eos obsederunt, dum fame perirent. Ac primo anno Nicias Melo potitus est, non machinis tantum adductis, sed etiam fame: eo quod cum tributarij essent, defecerant. Melos autem urbs est Thessaliae. Thucydides lib. 1.

λιμόψωρ (⊙.) Famiscabies. Prae frigore, & ob (ἀνηλεΐστας) neglectas unctiones, & propter ærumnas, omnes ferè & equos & homines id malum inuasit, quod à scabie & fame λιμόψωρ (⊙) dicitur.

λίνον λίνω σπυράλλεις.) Linum lino annectis. De iis qui similia commiscunt, uel qui eludunt & decipiunt.

Literarum in
Græciam im-
portatio.

LINVS Chalcidensis, uel Apollinis & Terpsichores, uel Amphimari & Vraniæ F. primus fertur à Phœnice literas in Græciâ deportasse. fuisse item Herculis magister, & Lyricæ musæ princeps autor.

Linus alius Thebanus, hoc iunior.

λιπαρός.) Aristophanes: Si quis uobis adulans, Athenas λιπαρός pingues & nitidas uocari (εὖρε τὸ πᾶν inuenit totum) is rem acu tetigit: uos quæ aphyarum (piscis genus est) honore ornauit.

λιπάρη.) Lipara, una ex Aeoliis insulis, & iuxta Siciliam.

λιπαροῦ χειρ.) Non cessauit: sed ultrò, inuocatus, sponte adsum. Obsecro esto nobis alacer adiutor horum consiliorum, & de clara hominibus remunerationem.

Epicureus
nāsis.

λιπαροῦ χειρ.) Deridebat Dei cultores, ut quæ extanta assiduitate nihil consequerentur.

λιπαροκρήδεμν (⊙.) Manibus te suis expolierunt Gratia: χερσὶ σε τῆς ἰδίας ἐξέπλησε χάρις.

λίπαι.) Lipsæ cognominantur Athenienses, quod nauigationibus dediti, ob assiduam remigationis sessionem attenuatis sint natibus. Alij sic dictos putant in Thesei honorem, qui cum ad Inferos cum Pirithoo descendisset, atque in rupe quadam à Proserpina collocatus esset, postquam ab Hercule Cerberum educturo, concessu deæ liberatus: cum surgeret, affixam rupi natium partem reliquerit.

LITÆ, urbs est Macedoniae, cuius Hyperides in oratione contra Demadem meminit.

Animi diuina.

λίτος.) Tenuis ego sum, heras, atque infortunata: Dico autem me animo tuas magnas opes uincere. Tenuis aspectu est

Tumba.

tumba: sed magni uiri ossa tenet.

Inuadunt urbem uino somnoque sepulchrum.

λιτοῖς.) Polybius: Cum è transfuga cognouisset, eos publicum festum agitare, & cibis ob penuriam paucis uti, uino uero copioso urbem oppugnat.

LITYERSES, Midæ nothi filius fuit, Celanis habitans: qui prætereuntes excipiens, metere secum cogebat. Deinde amputatis eorum capitibus, reliquum corpus manipulis inuoluebat. Occisus est ab Hercule, atque in Midæ honorem melioris hymnus est compositus, qui Lityerses & ipse dicitur.

λιφαμῆ.) Appianus: Gallus indignabundus, & sanguine destitutus, persequeretur Valerium, ut eum unam secum profesterneret. Sed Valerio pedetentim recedente, pronus concidit Gallus. Alterum est hoc singulare certamen cum Gallis, quo Romani gloriantur.

λογεῖον.) Oraculum, quod sacerdos gestabat, in quo insculptæ erant XII gemmæ.

λόγια, diuina responsa soluta oratione: χρησμοί, quæ uersu constant, numine afflatis iis qui illa effantur.

LONGINVS Cassius philosophus, Porphyrij magister, uir magna doctrina, & acri iudicio. Fuit sub Aureliano imperatore, ab eoque occisus est per causam conspirationis cum Zenobia, Odenati uxore. Scripsit de Oratione contra Perfidiam: Dubitationes Homericas: Vtrum philosophus fuerit Homerus? Problemata Homeri, & solutiones, libris duobus: Quænam contra historiarum fidem, tanquam historica, enarrent Grammatici? De uocabulis apud Homerum multa significantibus, lib. 4. Atticorum uocabulorum editiones, lib. 2. ordine Alphabetico. Vocabula Antimachi & Heracleonis atque alia multa.

Longinus & Conon, fratres Zenonis Imperatoris, iniuste potentia utentes, in urbibus omnibus alienas possessiones sibi uendicabant, & mercede grauissimorum delictorum reos defendebant. Longinus autem omni quoque incontinencia refertus erat, semper ebriorum hominum utens consuetudine, & multos lenones secum habebat: qui cum se illi principum uirorum uxores adducturos pollicerentur: scortata magnifice exornata in curribus insignibus adducendo, fucum illi faciebant, quasi illas ipsas adduxissent. Idem etiam monialium coetum diremit, hoc modo. Cum crebro Pegis uersaretur: nunciatum illi est à lenonibus, admodum formosam esse illas mulieres. Itaque illis misit legumina, & siccos panes, & uestes, & alia quædam, quasi curaret eas scilicet (ἐξέσπεροφῆς τῶν φάλαγγων, ἢ ἐξέσπεροφῆς τῆς φάλαγγος) uisum

uicissimq; easdem perterrefaciebat) è sò-
licitudine uel conuersione timorum. Fa-
cile enim causas speciosas ad illaquean-
das mulierculas οἱ γυναιχιέρακας οκ σεμ-
νάς πορνείον sceminaccipitres cōminiscun-
tur. Et monasteriū ingressus, multas ea-
rum uipotius quàm persuasione dedu-
xit. Nam adeò lascius fuit, ut & in inge-
nuas, & magistratuū uxores & uirgines
importunè faceret impetū, omniaq; age-
ret impudenter. In progressu autem glo-
bos argenteos & armillas proijciebat.
multaq; alia mala ppetrabat Lōgin^o iste.

λογισμὸς.) Ratio & corpus à sese affi-
ciūtur. Ratio enim quasi eneruatur, cor-
pore malè affecto.

λογισαί.) Ratiocitatores Athenis nu-
mero sunt decem, qui rationes rerū ad-
ministratarum, expensaq; pecuniæ die-
bus 30 supputant, cū magistratu abeunt
ij qui illum gesserūt. prætoria eorum di-
cūtur λογιστήρια, quasi Rationaria dicas.

λογισδοσαι.) Aut nolebat, aut non po-
terat acta expēdere, & malefacta odisse.

λόγος.) Oratio est uox significans, à
ratione p̄diens. λόγος significat sex. Dif-
ferūt λέξις dictio, & oratio. Dictio enim
etiā nihil significat, ut blityri: oratio ue-
rò nequaquàm. Differunt etiam dici &
proferri, προσφθέρεσθαι. Proferūt enim uo-
ces, dicūtur res: quæ etiā dicibiles sunt,
λεξις, id est dici possunt. Virtutes oratio-
nis sunt quinque: Latinitas, perspicuitas,
breuitas, decorum, * ὑποκειμένη amolitio
uel supellex.

λογότοπος.) Logotopos uerbilocus a-
pud philosophos, id quod ex utrisq; cō-
positum est: ueluti, Si uiuit Plato, respi-
rat Plato. At prius uerum est: uerum igitur
& alterū. Est autē institutus Logoto-
pos, ne in longioribus cōstructionibus
uerborū cōplexio proluxior, atq; ὑπερφω-
ρῆα illatio, id est id quod infertur, sit repe-
tenda, sed compendio efferatur.

λόγοισιν ἐρμώδωρος ἐμποροῦσθαι.) Oratio-
num mercaturā facit Hermodorus. Pla-
tonis hic auditor fuit, atq; orationes (à
sese, ὑπὸ αὐτῷ) ab illo compositas profe-
ctus in Siciliam uendidit.

λοκρός.) Locrensis Aiax, non Salami-
nius: à Locride urbe.

λοκρῶν ζευθήματα.) Locrensi tessera, seu
pactione. Prouerbiū, de impostoribus.

LOLLIANVS, Ephesus sophistes,
Isai Assyrij discipulus, fuit sub Adriano
Cæsare: scripsit multa.

λοξή φάλαγγ.) Obliqua phalanx, quæ

alterutrū cornu, utrū utrū uoluerit, pro-
pe hostes habet, eoq; pugnat: alterū re-
trahit atq; subducit: dextra, quæ dextrū
obijcit: leua, quæ læuū. In Epigrammate:
Intuēs obliquis Lacænæ instar pupillis.

λοξίας.) Loxias Apollo dicitur, uel ob-
responsa perplexa: cuiusmodi est,
Aio te Aeacida Romanos uincere posse: (σει.
κροῖσος ἄλλω διαβάς μεγάλην ἀρχὴν καὶ ἀλύ-
Crasus Haly regnum superato destruet ingēs.

Vel, quod obliquo itinere incedat (idē
enim est qui Sol.) Tacendū autē est, ne
(ut Pindarus loquitur) obliquis intuēs
oculis inuidia, duro nos feriat lapide.

λοπίας.) Aristophanes: Ego uerò eā ui-
tam, qua tu me nunc priuas, nec gallina-
ceo lacte cōmutarim: neq; delicatis pi-
sciculis (βαψίσι) neq; anguillis delector,
sed liticulam exiguam in scutella suffo-
catam comedere malim.

LVCAS euangelista titulos habet 83;
capita 348.

LVCIANVS Samosatensis, cogno-
mentò blasphemus, siue dysphemus, id
est maledic^o atq; inauspicatus, ac potius
impius, q̄ in suis Dialogis diuina oracu-
la p̄ ridiculis inducit. Fertur sub Traiano
Cæsare, & ante eū fuisse. Initio cōciona-
tor Antiochiæ fuit: q̄ res cū ei malè ces-
sisset, se ad scribendum cōtulit, scripsitq;
infinita. Interijisse fertur à canib. cū rabiē
suam cōtra ueritatē exercuisset. Nam in
Peregrini uita pstringit Christianismū,
& ipsi Christo maledicit, homo cōscele-
rat^o. Itaq; furoris sui & in hac uita iustas
pœnas dedit, & in futura aeterni ignis cū
Satana hæreditatem cernet.

Lucianus alius, è pago Orientali sub
Arcadio imperatore (αὐτῆ δὲ ἡ ἀρχὴ ἐβάρ-
λετο τὸ πρῶτον ἐβλημένον αὐτῆς.) Hic uerò prin-
cipatus, uolebat præfectum illi, præfse
omnibus ijs qui prouinciam oriētalem
regerent: & quæ perperam fierent, corri-
gere. Hic igitur omnē quæ à magistratu
postulatur, uirtutē declarans erga popu-
lum, iusticia & temperantia, omnibusq;
rebus quæ uirū principē ornare possunt
celebris, neq; personas respiciebat, neq;
ulla re alia nisi legū sanctionibus moue-
batur. Itaq; & Eucherium, Imperatoris
auunculū, negata iniusta postulatione,
ita cōmmouit, ut ab eō apud Imperato-
rem deferretur. Cum autē dixisset Impe-
rator, in causa esse Rufinum, qui tali uiro
tantum magistratum mādasset: Rufinus
occasionem nactus, Lucianum globis
plumbeis in ceruicibus excruciauit.

Apollo Sol.
Inuidia.

Sycophaniā
ta oratio.

Christianis
smi infecta
tio.

Integritas
prætoris.

Eucherius.

Rufinus.

Macarius. Lucianus martyr, Samofatenus, Syrus, homo nobilis, prima ætate Macarij cuiusdam Edeffæ degentis consuetudine usus, sacrorum librorum interpretis, pulcherrima quæq; illius inuenta breui tempore edidicit: & ad solitariam uitam declinavit, omnis uirtutis cōpos factus. Ad sacerdotium etiā processit, presbyter Antiochiæ factus, & magnā ibi Scholam aperuit, (*ἐκασταχόθου*) in dies undecūq; studiosissimis & optimis quibusq; ad eum confluentibus. Cum autē adulterina multa in sacros irrepsisse libros cerneret, ipsoq; tempore complura deprouata, & continēti ab alijs ad alia trāslatione, cum etiam improbissimi quidā homines, profanæ religionis præfides, sensum eorum aliò detorquere uoluissent, & multas corruptelas inuexissent: ipse libros omnes ex Hebraica lingua in integrum restituit, cuius erat callentissimus, maximo emendationis labore suscepto. Atq; etiam puritatem diuinorū decretorū apud hunc ex omnibus illius ætatis pulcherrimè, summoq; studio cōseruatam reperias. Nam & epistolas edidit præstantissimas, è quibus facillimè, quæ uiri huius de rebus diuinis sentētia fuerit, deprehēdas. Martyrium obiit Nicomediæ, sub Maximiano.

L. Sergius Catilina.

LVCIVS Sergius Catilina, genere clarissimo ortus, sed improba natura: homo audax, factiosus, ingenio uario, in pnicem patriæ coniurauit, audacissimis & confidentissimis quibusq; ex patricijs ascitis. Fertur enim, quò fideliores sibi eos faceret, homine immolato, & calice uino & sanguine repleto circūlato, sanguinem cōiuratis propinasse: siue ut huiusmodi iureiurando atq; præstigijs percelleret homines, siue ut eos ad omne facinus & nefandissima quæq; consuefaceret, ut qui cognatum & ciuilem sanguinē peteret, per multasq; cædes optimatum, & urbis incēdium, tyrannidem affectaret. Incitabatur autem ad talia facinora suscipienda, tū magnitudine æris alieni, quod censum eius superaret: tum pessimorum facinorum conscientia. Nā & Orestillæ filiū sustulerat, *qua de causa & consulatu excidit, Cicerone in eius locum suffecto: & repulsæ dolore potissimum teterrima quæq; moliebatur, irrequieto animo, neq; ullum malorū sibi finem statuebat. Cicero autem & eloquens uir, & ueritatis solers indagator, & rerum futurarum sagacissimus conic-

M. T. Cicero
702

tor, hostem eum appellatū urbe exegit. **LVCVLLVS** Consul, cū Mithridate Ponti rege bellum gerēs, cum ad Troadem appulisset, & iuxta ædē Veneris castra haberet, uisus est deā sibi noctu hæc dicentem audire: Quid dormis generose leo? en hinuli tibi præsto. Experrectus, cum audisset classem hostilem in propinquo stationes habere, inuasit eā: & prælio uictor, omnes unā cum Isidoro duce occidit. Cum autem Mithridates ad Tigranem, Armeniæ regē, confugisset: Lucullus bello illi etiam illato, cum urbes plurimas cepit, tum Tigranocerta obsedit. At Tigranes Romanorum exercitū cōtemplatus, paucitate considerata, celebre illud protulit: Si quidem legati ad sint, esse multos. sin milites, paucos. Sed Romanarum copiarum periculo facto, turbam nihil prodesse intellexit. Antiochus certè quidem philosophus, pugnae illius mētionē facta, negat Solem ullam aliam talē uidisse. Strabo uerò ait, adeò facillè Romanos ingentem illam cædem fecisse, ut re peracta, semetipsi deriserint, q̄ aduersus talia mancipia armis usi fuissent. Liuius itē scribit, prælium illud admirans, nunquam Romanos dimicasse numero hostium tãto inferiores. Victores enim uigesimali eorum fuisse partē, qui uicti fuerint.

LUPERCVS Berytius grammaticus, paulo ante Claudij Cæsaris posterioris tēpora fuit. Scripsit de particula *αι*, quæ *διωητικὸν μόριον* dicitur, & posse, debere, uelle, solere aliquid fieri significat, 3 libros: De uoce *παις*, id est pauo: de caride, id est squilla: de Platónico gallo: (*ἐκλίσειν* ædificationem) possessionem Aegyptij Arfinoitæ, Atticas dictiones, artē Grammaticam: De generibus masculinis, foemininis & neutris, lib. 13. in quibus Herodianum sæpè (*insectatur, κατὰ δὲ κίμει*) uincit.

LVSIA, municipium Oenciæ tribus: unde Lusitensis, municeps.

λατρεα.) Urbem ingressi cū essent, quæ lauacra haberet partim manu & arte facta, partim è terræ gremijs scaturientia, & cum uoluptate ad utilitatem & delicias hominum (*τοῖς φαινομένοις*, apparentibus) ebullientia: prono, quod aiunt, flumine delat⁹, uoluptatis seruus euasit.

λατρεον.) Etiam balnearū bibit sordes. Procopius: Balneum apparari iussit. *ἐν περιουσιδῆ ἡμέραν*, id est *παρασιδία* Libère enim sibi postridiè ibi lauare.

λατρεα

λατρεφόρος.) Moris fuit Athenis, ut nuptiarum die sponso per puerum genere proximū, balneum è fonte qui nunc Eneacrunos, olim Callirrhoe dicebatur, afferendum curarēt. Etiam in eorum sepulchris qui cœlibes decessissent, puer situlam tenens collocabatur.

λοφείον.) Aristophanes: Noctu Lunam deducam, & deductam in rotundam capsulam pro speculo includam.

λοχεύοντα.) Deus dicitur αὐτολόχουτ & κη αὐτοφύνητ, ex seipso natus: id est, ἀφύνητ, ortus expers.

λόχμας.) Aristophanes: Vinas habebat uepreto magis hirsutas, ut conuenerunt. Alebant mulieres pilos, ut cū suffragarentur, uiri esse uiderētur: toto q; peruncto corpore, per diē apricabantur ad Solem, ut uirorum instar nigrescerent.

λοχμαία μῆσα.) Vepriū Musa: id est, auiularū cantus in uepribus delitescentiū.

λόχμω πολλὰ φορεῖς.) Vepretū magnū gestas. i. euellendi tibi sunt pili. Phormio ille pilosus erat, & nigras habebat nates.

λόχοι.) Apud Lacedæmonios manipuli erant 4. quibus utebantur reges. λόχου, uel octonos uel duodenos uel sedenos cōtinet uiros, quorum princeps λοχαγός κη πρώτος, ductor manipuli & antistes dicitur.

λώιον.) λώιον κύνων μικρὸς θρόος, ἢ κολοῖων, κρωγμὸς ἐν εἰαρινῶν κιδνάμεν νεφέλαις. Melior est oloris exiguus sonus, quàm graculorum crocitatatio in uernis dispersa nebulis. (mensis.)

LOVS apud Macedones, Augustus LOT, sobrinus Abrahami. Angeli Sodoma pergebant, urbes ob peccata deleturi. Abraam uerò precabatur, ne iustum unā cum impio perderent: fortasse propter Lotum, cuius hospitio angeli in urbem profecti, usi sunt, quos Sodomitæ ad stuprum abstracturi fuerant. Cum uerò Lot ex hospitalitate filias illis potius offerret, nec illi acquiescerent, oculi eis ab angelis sunt præstrikti. Lot uerò cum filiabus ablegatus, & coniuge, quæ cōuersa, in statuam salis est mutata. Lot autem Segorem elapsus, urbi illi salutis fuit, uiris è medio sublatis, ut ferunt: reliquis quatuor urbib. deletis, & lacu unā cū terra euerso. & in mōte factus ebruius, cum filiabus coijt, Moabūq; & Ammonem procreat. At filij Israelis cū in Sattia essent, scortati sunt cū filiabus Moabitā, & idola coluerunt, Beelphegore ado-

rato, & uicimas comederūt. Moses uerò infontibus aduersus improbos incitatis, quater & uicies mille occidit. Phinees item sacerdos, deprehenso Israelita nomine Zambra, Madianitidem complexo, cui Chasbith nomen erat, utroq; confosso, furorem Dei sedauit.

λωφῆσαι.) Fuit Iustinianus ad perdedendos quidē homines promptissimus, ad parcendū autē minime à natura paratus.

λοιδίας.) Lœdias, Macedoniae fluius, cuius meminit Aeschines.

λοιδορεῖσθαι τὰς πονηρὰς.) Maledicere improbis non est reprehendendū, sed potius (si uerè q̄s æstimet) honori est bonis. εἰδέναι τὸ λευκὸν κη τὸ μέλαν.) Nosse albū & nigrum.

λοιμὸς, κη λοιμικὴ κατὰστασις.) Pestilentia, est corruptela & mutatio aeris, morbus perniciosus.

λοιμοὶ.) Homines pestilentes, qui non semetipfos modò lædūt, sed pestem suā etiam in alios transfundunt.

λοιδορῆσθαι.) Deinde tandem Alcman Abiecto dolore abit ad Orcum.

λύροι.) Flagella, q̄b. athletæ cæduntur.

λυγκέως ὄξυωπέτερον βλέπεις.) Lynceus cernis acutius. Lynceus uel Ida, uel (ut Aristophanes in Danaidib. tradit) Aegypti frater, ea prædit acie oculorū, ut fratrem suū dolo cædi à Castore p̄ abietē uiderit, Pindaro autore. Apolloni in Argonauticis: Si uera fama est uirū illū Facile & deorsum per tellurē perspicere potuisse.

LYNCEVS, Sami grāmaticus, Theophrasti discipulus, frater Thuridis, historiographus, qui & Sami tyrannus fuit. Fuit autē Lynceus eodem tempore quò Menāder, & in certamine Comico uicit.

λόγος.) Arrianus: Circulis iunceis ad pedes adaptatis, in niuē multis locis pedum profunditate absq; incommodo pertransibant.

λυδὸς ἐν μεσημβρία παίζει.) Lydus in meridie ludit. Eo quòd Lydi sub hoc tempus lasciuant. Male audiunt enim ob mastuprationem. Eodem sensu dicitur, ἀπὸλος ἐν καύματι, Caprarius in aestu.

LYAEVS, à sancto Nestore interfectus, ἀνααιρεθείς.

λυκάβας.) Annus, uel quod celeriter, uel quòd tacitè eat: uel à lupis, q̄ hyberno tempore fluuios trāseunt ordine, alij aliorum caudas tenentes.

LYCABETVS Atticæ, Parnassus Phocidis, montes maximi.

LYCAON Pelasgi filius, rex Arcadū, patris

Scauitiā;

20

30

40

50

Remedium
niuis.

Lupis;

*Iupiter in-
spector bus
manarum
regum.*

patris instituta tuebatur, iusticiæ studio-
sus. Qui cum & populū suum arcere uel
let ab iniurijs, aiebat Iouem subinde ad
se accedere, homini peregrino similem,
ad intuendos iustos & iniustos. Aliquan-
do autem cum Deum suscepturus esset
(ut ipse aiebat) se rem diuinam fecisse:
filios uerò suos, qui è diuersis nati essēt
mulieribus, explorare uolētes, qui nam
sacrificio interessent, & uerè ne Deū ho-
spitio suscepissent: immolato puero, car-
nes eius cum uictimæ carnibus permi-
scuisse: quòd id clām futurum non esset,
si uerè Deus interesset. Sed cum diuini-
tūs magnæ tempestates & fulmina extit-
tissent, aiunt omnes pueri interfectores
perijsse.

λύκειον.) Lyceum, gymnasiū Athenis,
uel à Pisistrato, ut Theopompus: uel ut
Philochorus, Pericle curate factum, ubi
ante bellum exercebantur. Antequam
enim in expeditiones irent, in Lyceo ar-
mabatur, quòd urbi uicinum esset, & ui-
ri bellicosi explorabantur.

λύκις.) Lycis, siue Lycus, perstringitur
ut frigidus poeta. Aristophanes: Quid
ergo? Erant ne mihi uasa hæc ferenda, si
nihil eorum fecissem quæ Phrynichus fa-
cere solet, & Lycis & Amipsias? Hi igitur
tres Comici sunt frigidiusculi. Phry-
nichus autem in Comædijs subinde im-
portunus erat. Perstringitur etiā ut pere-
grinus, ob inepta poemata, & quasi alie-
na recitet, malosq; uersus. Fuerūt & alij
tres Phrynichi: *Σκδοφορξσ' ἐκάστο τ' ἐν κω-
μωδία*, uasa gestāt subinde in Comædia.

*Phrynichus.
Lycis.
Amipsias.*

λύκον εἶδες.) Lupum uidisti. De ijs qui
subitò obmutescunt.

λυκόποδες.) Lupipedes uocabant tyran-
norum satellites (robustos enim seruos
custodiæ corporum adhibebant) quòd
pedes lupinis pellibus perpetuò tectos
haberent, ne ab aere adurerentur, uel
quòd in clypeis insignia lupi haberent.

LYCVS, qui & Butheras, Rheginus,
historicus, pater Lycophrōis tragici, sub
Alexāndri successoribus uixit, insidijs ap-
petitus Demetrii Phalerei. Scripsit histo-
riam Libyæ, & de Sicilia.

λύκος ἀεὶν Φεύγει.) Lupus aquilā fu-
git. De ijs qui effugi nequeunt.

λύκος ἔχανε.) Lupus hiauit. De ijs qui
se aliquid adepturos sperant, sed spe sua
frustrantur. Tradūt enim lupum aliquid
rapturum, hiantem ad id accedere. Cum
autem id quod uoluit non adeptus est,
dicunt eum frustra hiasse.

λύκος πρὸς Φρέαρ χορεύει.) Lupus circum-
puteū saltat. De ijs qui frustra in aliqua
re laborant: quòd nec sitiens è puteo bi-
bere, nec præda in puteum delapsa poti-
ri potest.

λύκος χαλῶν.) Aelianus: Precabatur Deū,
ut & sibi opē ferret, & lupos hiantes di-
mitteret, qui res ipsius sibi describerent,
ut ne ipse alijs ridiculus esset, sed illi ipsi.

λύκος κεχλωὸς Φλωάφης δηλαὶ ἡρπυίης.)
Lupus hians ineptos significat mores.

λυκόσομος.) Non lupus ex hominibus,
secundū Arcadicam fabulam: sed tyran-
nus ex rege (*ἀπαίρει, ἢ δὸς ποταμίης*) fit acerb.

λύκος δεκάς.) Lyci decima. Prouerbia-
le est. nam Lycus heros dedicatus erat
iuxta prætoria, ubi assidui erāt sycophan-
tæ. Erat autem ei triobolum assignatum
in dies singulos.

λύκος πτερός.) Lupi alæ. De rebus quæ fie-
ri nequeunt: cum terror ultra uerba non
procedit.

LYCVRGVS, unus ex X oratoribus,
cuius * auus fuit Lycurgus legislator.

Lycurgus Spartiates, ex posteritate
(Herculis *Ἡρακλέους*, pro *Πυρρακλέους*) Pa-
troclis, legislator. Fertur leges suas uel
ex Creta petiisse, uel ab ipso Apolline ac-
cepisse. A Pythia deus appellatus est. In-
stituit etiam uirginum gymnasia: edixit,
ne mariti perpetuò consuetudine uxo-
rum uterentur. Pueros in clypeo nutriu-
iussit, & infantes recens natos in Eurota
Iauari. Gymnopædiam quoq; instituit,
qua cogebantur adolescentes sine uesti-
bus assidui esse in gymnasijs, & publica
certamina uirtutis obire, & sub dio dor-
mire, & ali uenatu. *Διὰ ματήγων* flagella-
tionem, quæ uirtutis esset exercitatio, te-
tra cædi substituit. Olim enim adolefcēs
Orthosiæ Dianæ immolabatur. Philio-
rum etiam autor fuit, quæ symposia sunt,
coniunctos cum uoluptatibus labores
habentia. Neq; enim stratū aliquod sup-
ponebatur conuiuantibus, sed sub cubi-
tis erat excauatum saxum aut lignum. In
aciem pro dire iussit sub tiliarum cantu,
& ignominiosam uitam morte acerbio-
rem fecit. Ignominiam autē aliquo præ-
claro facinore abolere licuit: id qd' Ari-
stodemo cognomēto Trepido accidit,
ob Pyli desertos ordines, qui ad Plateas
re bene gesta restitutus est in integrum.
Hisce legibus matres, cum filijs ad bellū
exituris clypeos darent, *ἢ τὰυ, ἢ ὅτι τὰς δι-*
cebant: hoc est, Aut hunc reporta, aut in
hoc

hoc reportare interfectus. Helotibus cætera opificia demãdauit, nobilibus bellicam exercitationẽ. Peregrinos urbe pepulit, corruptelam è cõmercijs ueritus. Breuiloquentiæ & paupertati honorem habuit: quòd illa sapientiæ esset indicium, hæc magistra uirtutis: idq; Apollo comprobat, qui sæpè monuit ut caueret auariciam. Aristocratiam instituit, & binos reges ex Herculis genere ordinauit: & * Ephoros, id est inspectores senes, quibus populũ parẽre iussit, optima quaq; re è qualibet forma Reipublicæ selecta. Lacedæmonijs iureiurãdo obstrictis ne leges abrogarent, * peregrè abiit. Nã cũ Apollo ei respondisset, Lacedæmonios tantisper fœlices fore, dũ Lycurgi leges nõ soluissent: in Cretã profectus, inedia sibi consciuit necẽ, ne ipse eas abrogare cogeretur. Lycurgus legislator talẽ uita habuit exitum. Rogaturus, ut aiunt, Apollinẽ de quibusdã reliquis legibus, iureiurando Lacedæmonios adegit, ne quã ex ijs quæ iã sancitæ essent, abrogarent, donec rediisset. Qui cum iurassent, audito oraculo, felicẽ fore urbem, si leges ipsius retineret: non reuertendũ sibi censuit, conseruationem legũ iureiurando sancitam ratus. & Crissam digressus, sibi ipse manus attulit. Quo Lacedæmonij intellectu, cũ ob superioris ætatis uirtutem, tum illo tempore ipsa morte comprobata, ædẽ illi dedicãrunt: araq; cõdita, quotannis ut heroi sacrificãt. Nã dubio procul Spartanis & perpetuæ uirtutis & imperij causa fuit, cum olim res eorũ nihilo meliores essent quàm cætororũ: cũ quòd leges eis tulit optimas: tum quòd ut eis uterentur, impulit inuitos, hoc modo. Duos catulos eiusdẽ matris seorsim diuersa ratione aluit, alterũ domi obsonijs atq; alijs delicijs, alterũ ad uenatum in syluis & montibus exercuit. Cum autem uterq; educationi suæ similis euassisset, ac Spartani de bello finitimo solliciti deliberarẽt, utrunq; in concionẽ produxit, & unã cum eis capream & dapes paratas, dixitq;: Non aliã, Spartan, causam esse felicitatis aut calamitatis, nisi proba aut mala instituta, uobis cernere licet. Nam hi quidẽ (catulis demonstratis) eadẽ matre nati sunt, sed cõtraria ratiõẽ educati: ob hoc ipsum dissimiles inter sese euaserunt. Nã alter qui uenari, alter qui ligurare didicit: nihil aliud, si liceat, faciet, simulq; catulũ utrunque ad ea quæ parata essent, dimitti ius-

sit. Ac domesticus quidẽ ad epulas, uenaticus ad capreã accurrit, eamq; prostratã lacerauit. Tũ denuò Lycurgus: Hęc, inquit, Spartiatæ ad uos ptinere putatote, & alios omnes mortales. Qualibus cẽm institutis & legibus usi fueritis, tales uos tã ad labores quã ad delicias euadere necesse erit. Dij enim hominibus omnia discẽda proposuerũt (*πάντ' ἀνθρώποις οἱ θεοὶ μάθητι ἔδωσαν.*) Sequitur aut studiũ laboris libertas, felicitas, uictoria: delicias uerò seruitus, calamitas, nequicia. Talia dicẽdo, Spartanos hortatus est, ut recepta uita ratiõẽ mutata, legibus melioribus assuescerent. Qui cũ obtẽperassent, non finitimos tantũ, sed & omnes alios Græcos illustri uirtute superarunt: ppetuoq; duces, ex quo leges illas susceperunt, ad annos D. fuerũt, breuiq; tẽpore magnã potentiam sunt adepti (*πῆρ' ἄνθρωπων ἀρτίαι τὰς ἡγεῖσθαι.*)

LYCVRGVS Spartanus legislator, post Troianũ bellum anno * octauo natus, patruus Charilai Spartani regis fuit, Eunomij frater. Spartanis imperauit annos * 42. quo etiã tempore, dum tutor esset nepotis, leges tulit. atq; ipse etiam regnauit annos 18, post quem Nicander annos 48. Scripsit leges.

Charilauo.
Eunomius.

Nicander.

Lycurgus Lycophronis filius, Atheniensis, genere Eteobutades, ex oratorũ numero, qui cũ Demosthene recensentur: uita inculpatè acta, morbo decessit, relictis filijs. Quos Demosthenes exulans, calumnijs exagitados liberauit. Germanæ orationes eius, quæ adhuc extãt, sunt: contra Aristogitonem, contra Autolycum, contra Leocratem, contra Lycophronem duo, contra Pasiclẽ, contra Menæchmum, contra Demadem: Apologia aduersus eundẽ: pro relatis rationibus: aduersus Ischyriam: aduersus oracula, de uectigalibus, de religione, de sacerdotio, epistolæ, & alia quædam.

LYCOPHRON Chalcidensis, ex Eubœa, filius Ariclis, adoptione uerò Lyci Rhagini, grãmaticus, & poeta tragicus, unus de septẽ qui Pleias appellãtur. Tragicæ eius sunt, Aeolus, Andromeda, Aletes, Acolides, Elephenor, Hercules, Supplices, Hippolytus, Cassandris, Laïus, Marathonij, Nauplius, Oedipus prior & posterior, Orphanus, Proteus, Pelopidæ, Socij, Telegonus, Chrysippus. Ex his diasceue seu historica narratio est Nauplius. Scripsit & Alexandram, obscureum illud poema.

λύε

λύε πάντα συνδεδεμένον ἀδικίας. (Solue omnem iniquitatis nexum.

λύπη.) αgridudo, animi sine ratione contractio. Itaq; uirum bonum doliturum esse negant. Formæ eius sunt, inuidia, æmulatio, zelotypia, odium, perturbatio ἐνόχλησις, amentia ἀνοία, dolor ὀδυνη, confusio σύγχυσις. Quid hoc mihi doleat, si uerbo mortuus, re ipsa euasero, gloriâq; parauero? Nullū equidem uerbū quod lucro sit, malum duco.

Falsa calamitas.

λυπηρότεροι καταλαγμῶν.) Stillicidio molestiores.

LYSANDER, nauarchus Lacedæmoniorum.

λυσαίνε.) Canem rabidum, aspidem, ranunculum, serpente, & (f. λαοδικέας Laodicenses.) Ladiceas effuge.

λυσίας.) Lysias Cephali Syracusani filius, orator, discipulus Tisiae & Niciae: unus ex oratoribus qui cū * Demosthene recensentur. Natus est Athenis, cum Cephalus eò commigrasset. Anno ætatis 15 Thuriōs abiit, cū fratribus duobus, in coloniam: post ob Atheniensium studium inde pulsus, redijt Athenas, anno ætatis 47. Orationes eius germanæ esse perhibentur ultra 300: & aliæ præter eas, de quibus ambigitur. Puritate dictionis neminem habuit imitatore, præter Iso crates. Scripsit etiam præcepta dicendi, laudationes & orationes funebres: & epistolas 7, unam pragmaticā, reliquas amatorias, quarū quæquæ sūt ad adolescentulos.

λυσίζωνος γυνή.) Mulier soluta zona: id est, quæ cum uiro concubuit. nam uirgines nupturæ, uirginales zonas Dianæ dedicabant.

LYSICRATES, dux Atheniensium, cū simus esset, & fœdus, & fur, & obscurus, medicamēto quodam capillos tingebat, ut nigri uiderentur. Prouerbiū, λυσικράτης ὁ βοροδοκῶν, Lysicrates largitionibus inhians.

LYSIPPI dramatum sunt, Bacchæ, Thyrsocomus, & alia.

λύσιοι πελεπαί.) Bacchi initia. Bœotij capti à Thracibus, cum in Trophonij antrum fugissent, isq; per somniū dixisset, Bacchum illis adiutorē fore: ebrios aggressi Thracēs, alij alios soluerūt & Bacchi solutoris eodem condiderunt, ut scribit Heraclides Ponticus. Aristophanes uerò tradit, hoc eò factum, quod Thebani uitem à Naxijs redemerint.

λυσεωτής.) Domine adiutor mi, & redemptor mi. Dominus, ut conditor &

Dominus.

opifex: adiutor, ut qui legis adiuuētum dedit. Legem enim, inquit, adiuuētū ergo dedit. Redemptor, ut qui per regenerationē baptismatis, à priore corruptione liberarit, & à seruitute dæmonū uindictam largiatur.

λύχνον ἐν μεσημβρία ἀπείσ.) Lucernā in meridie accendis. De ijs qui aliquid in tempestatu agunt.

INITIVM LITERAE M.

Μαγγανεία.) E prestigijs morbo graui afflictus, multos ob eam tē captos supplicio affecit.

MAGIA.) Vide supra col. 316. μαγεία, μα νεφέλας, μα δίκτυα, μα κρύβας, μα ταμῶδες.) Testor nubes, testor retia, testor fontes, testor fluuios. Sic temerè quiduis iurabant.

μάγκη.) Manciu decreuerunt dendum esse Numantinis.

MAGNES Icarij * Polēsis f. Atticus, aut Atheniensis comicus, adolescēs Epicharmū senem attigit. edidit comœdias 9. uicit 2. Hic antiquæ comœdiae poeta, cū aduersarios crebrò inuaderet, uictor trophæa erexit, omnis generis uoces edens, & cantans, & alis plaudens, & Lydizans, & Psennizās, & uiridi colore tinctus: nec tamen stetit, sed tandem in senectute (neq; enim in adolescentia) est eiectus, prouectæ ætatis homo, cum deridere amplius nō posset, sed Barbititas cantillaret.

Magnes, homo Smyrneus, uir pulcherrimus, in poesi & musica probatus: Corpus etiam egregio cultu ornauit, purpuram gestans, & comam alens aureo nodo implexā, corymbi instar: urbesq; circuibat, ut poesim suam ostentaret. Hunc cū alij multi amabant, tum Gyges præcæteris deperibat, inq; delicijs habebat. Mulieres certè quidem omnes ad infamiam adigebat, quocūq; uenisset Magnes, præsertim Magnesium, earumq; consuetudine utebatur. At (pro τέτραλεγοτέτων, τῶν γυναικῶν scilicet. Hic solet euentus talia probra sequi) illarum cognati probra illa ægrè ferentes, per causam quòd Magnes in cantico de Lydorum equestri cōtra Amazones uictoria, ipsorum nullam mentionem fecisset, impetu facto, & uestem illi diripuerunt, & comam abarserunt, & pessimis modis hominē acceperunt. Quæ iniquissimo animo tulit Gyges: sepeq; in Magnesium agrū impressione facta, tandē ipsam urbē ca-

... Magnesium ... in templo ... erroris & ... cōfecerat ... defixerat ... regi ... lapid ... singulari ... recti firm ... non penit ... Magn ... deo dicā, ut ... mala, sine Tern ... tragedias ... Mimis ac ... omne flagit ... cuius magnitu ... aduersus illor ... Magos uocab ... affingebant, ... id est, ali ... hominu ... quam e ... magos. ... tali, qui m ... Magi apud P ... id est sapiē ... princeps fui ... Ostanæ & ... Persa. nam ... Magog & Ma ... μαγία ... αμαγ ... sub a ... alieni ... uendicare. ... Signa zodi ... aut si ... Aristophar ... illud dediscer ... Gallus eo ui ... uir cū puero ... ad hostib. pru ... Maiumas ... q; princip ... urbana urbs est ... in marinas a ... opolitani q ... hordeace ... Anastasii Imp ... Canū qu ... Romani e ... cum ... Gallis cap